Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36942
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



Hora nona

Gratias ago tibi domine mi benedicte ihesu xpe
Quia tu es deus meus et saluator meus vere
Quia hora diei dilectionem tuam mihi ondisti
Quia propter me in crucis patibulo mortuus fuisti
Lamentacionem nimis miserandam planxisti
Quia heli heli lamazabathani dixisti
Deus meus deus meus ut quid dereliquisti me
Cum tu deus tuus nunquam separatus fuit a te
Deinde dulcissime domine mi dixisti sicio
Et dabant tibi vinum mirratum cum aceto et felle mixto
Diuersiodis irrisionibus contra te blasphemauerunt
Omnes quas potuerunt tibi contumelias intulerunt
Post hec amatissime consumatum est dixisti
Et spiritum tuum patri tuo commendas mortuus fuisti
Tunc latus tuum lancea perforauerunt
De quo sanguis et aqua in medicamentum meum profluxerunt
Omnes creature tibi compati et dolere videbantur
Terre motus factus est et monumenta aperta fuerunt
Sol obscuratus est et petre scindebantur
Et multi sanctorum post resurrectionem tuam simul resurrexerunt
O pie domine rogo te per mortem tuam amarissimam
Quatinus in fundas mihi tuam gratiam benignissimam
Ut ita valeam te diligere et taliter tibi seruire
Quod post hec eximium abbatorum gloriam merear peruenire
Quod nobis omnibus prestare dignetur dominus noster ihesus xpus
Qui cum patre et spiritu sancto est in perpetuum benedictus amen